



**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

XXI. Annotatio. Reflexio supra meditationem de amore spirituali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](#)

tiùs Deo nostro pro puritatis animi nostri  
sura coniunctum nos iri.

## XXI. ANNOTATIO.

Reflexio supra meditationem de amo-  
re spirituali.

**Pro ultima die.** Post ultimam meditati-  
onem.

Ultra perfectionem illam, quam S. Ignatius in hac meditatione docet, non est porro quod addamus, ut anima ad ultimi finis sui confec-  
tionem promoteatur. Relinquere enim illam docuit statum illum infeliciissimum, in qua-  
vitiorum suorum impetu precipitata fuerat  
prima hebdomadis ministerio: secunda in pe-  
ram virtutis semitam pœnitentis animum di-  
xit: tertia eundem veram suimet abnegati-  
onem docuit: quarta demum in ipsis Dei mani-  
bus illum depositus, Servatori à mortuis refe-  
genti assimilans, tantisque in sui cum DEO  
unione profectus sancte pollicens, quantos re-  
let ope charitatis facere, quæ est vinculum per-  
fectionis. Quod sanè usque adeò sublime erit  
ut excellentius illo nihil sit.

Solum hoc vereri adhuc quis possit, ne for-  
anima minus assequatur, quid fructus ex crea-  
tarum rerum consortio debeat trahere, ut cuius  
DEO

DEO se conjungat, à quo terrestrium bonorum  
sunt tot, tantisque separat, quantumvis tan-  
quam instrumenta servire nobis deberent, qui-  
bus ad DEUM identidem tendamus. Sed exi-  
mit nos ab hoc metu S. Ignatius, dum hanc de  
amore contemplationem præscribit; neque ali-  
od est, quod post nobilem hanc in DEUM se se-  
cundum rationem porrò doceat, nisi tres oran-  
ti modos; quasi diceret, vitam omnem in ora-  
tione, & assidua cum DEO familiaritate debe-  
re transigi, si mens eò, quò illam invitat, aliquan-  
to pertigerit. Neque alibi sancè debuit finire  
opus suum, cùm humana quidem industria ani-  
mum, felicitatis suæ cupidum excellentius do-  
cere nihil possit, quam quod ille nobis suggestit.  
Et hinc soli nos DEO reliquit, ad quem quam  
apè à nobis ipsis, à creaturis, ab harum opera-  
tionibus, ab earundem denique perfectionibus,  
omni in loco & tempore, possimus velut per to-  
tum sublimes gradus ascendere, peritissimè  
docuit, DEO cætera relinquens, qui nos singu-  
lari & supernaturali lumine eò usque & illustret  
& roboret, dum ad perfectionem virtutis per-  
tingamus, quam desiderat à nobis in hac vita  
obuneri, ut gloriæ, ad quam nos condidit, capa-  
ces simus.

Tuum denique est, bone lector, judicare, num  
Zz 4                  affe-

affecuti utcunq; simus, quod alta S. Ignatijm  
de virtute sensit: num amorem satis & le-  
rum ad sanctitatem iter ipso duce monstrau-  
mus. Siquidem pro nobis pronuncias, fac, dñs  
& profectui tuo serviat, quod laudas; & ro-  
ut te & me multosque altos Divina Bonitatis  
quotidianis progressibus in hac virtutis semper  
promoveat, ad maiorem infinitam Majestatum  
gloriam.

Non omittam tamen suam etiam huic Dñs  
Dissertationem & Considerationem adjunge-  
re, quibus ultimam sacræ solitudinis nostræ Dñ-  
em concludamus: neque enim ad illum vir-  
tus apicem, quem S. Ignatius nobis ostendit  
evasimus; atque ideo Duce nobis adhuc &  
cumentis opus est.

## XXII. *ANNOTATIO.* *Distributio Exercitiorum in Decem Dies.*

Quia plures erunt virtutis, ac melioris vi-  
amantes, qui non contenti, sacræ huic solitu-  
dinem impendisse, cupient illam ad Deum.  
Dies extenderit, opera pretium me laturum  
stimaui, si paucis ostenderem, qua ratione ex-  
citia, quæ nos Oꝝ Diebus circumscripti  
commodè in decem distribui possint. Enigmata  
Ora